



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 81. Socinianæ hæresis progressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

„res, totaque Universitas Parisiensis in-  
 „telleximus, Regiae Aulæ non ita pri-  
 „dem in favorem seditionis hæreti-  
 „corum, atque in publicæ tranquilli-  
 „tatis perturbatorum gratiam edictum  
 „ad normam generalis veniæ conce-  
 „ptum, quod præfatæ Universitati, ac  
 „Reipublicæ Christianæ oppido perni-  
 „ciosum est, fuisse porrectum: hæc con-  
 „siderantes humillime supplicamus, ut,  
 „priusquam ad hujus edicti, ac Regii  
 „diplomaticis promulgationem proceda-  
 „tis, præcipere velitis, ut præfati Ora-  
 „tores audiantur, hacque ratione ubi-  
 „rius suas rationes, ac studia exponere  
 „valeant... Evidem Senatus hunc  
 libellum acceptabat, ac Facultatis pre-  
 cibus deferre paratum sese exhibebat;  
 cum autem Rex binis literis Senatum,  
 ut hoc edictum ad acta referret, jussis-  
 set, tandem etiam hic consensit, ad-  
 dita tamen hac declaratione, quod Se-  
 natus ad id nonnisi temporum injuria  
 fuisse compulsus.

### §. LXXXI.

#### *Socinianæ hæresis progressus.*

Interim Socini hæresis, de qua jam  
 alibi meminimus, ab Anno Christi  
 millesimo quingentesimo sexagesimo  
 primo ingentes in Polonia progressus  
 fecerat; hujus enim impiæ sectæ fau-

B b b 3 tores

**Sæcl. XVI.** tores in hoc regnum irreperi, ibique  
A.C. 1562. spuriam Ecclesiam erigendi viam nan-  
ciscabantur, ubi etiam quasdam, ut  
supra retulimus, Synodos intra Polo-  
niæ fines celebrabant, ut veritatem im-  
pugnantes suis erroribus auctoritatem  
conciliarent: plura autem alia ejusmodi  
conventicula in Historiæ progressu refe-  
remus. Ceterum Sociniana hæc hæ-  
resis in hoc sæculo velut potentissimum  
venenum quamplurimas urbes, atque  
innumeram ferme hominum multitudi-  
nem inficiebat, & quantumvis illius  
dogmata omnino insulsa sacris literis  
aperte adversarentur, atque ab univer-  
sali traditione invicte impugnarentur,  
nihilominus absque omni oppositione,  
quamvis omnium abominationi esse de-  
buissent, passim tradebantur; illæ enim  
oppositiones, quæ contra illa move-  
bantur, vix controversiæ nomen me-  
rentur, quapropter impia hæc dogmata  
acceptabantur velut totidem veritates  
omnino dignæ, ut in illarum obsequium  
intellectus captivaretur, ac voluntas  
ad consensum flechteret: insuper pro-  
pugnabantur illæ ab innumeris Viris  
alias eruditione claris, qui calamos  
suos in utiliori labore, aut faltem usu  
Viris, qui Christiano nomine gloriantur,  
minus indigno exercere potuissent.

§. LXXXII.

